



BIBLIOTECA  
COMUNALE  
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI  
DI TRENTO  
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE  
**CARITRO**  
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

CHARLES IX RE DI FRANCIA, *Litterae Caroli christianissimi Francorum regis ad sacrosanctam Synodum Tridentinam, una cum oratione habita a domino Raynaldo Ferrerio, eiusdem regis oratore, & Concilii responsione. In congregatione generali die XI. februarii. MDLXIII.*, Riva del Garda, Giovanni Battista Bozzola (Riva del Garda, Jacob Marcaria), 1563.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T o op f III

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/46>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

Misc T.C. c. 125

C. M. R. 140



BIBLIOTECA  
COMUNALE  
TRENTO

G
2 -op
f
126

BIBLIOTECA COMUNALE  
TRENTO



*ex libris*



K 2412843

D 2412766

5tc1  
T 0-op f 111

# L I T E R A E

CAROLI CHRISTIANISSIMI

FRANCORVM REGIS AD SACRO-

sanctam Synodum Tridentinam,

VNA' CVM ORATIONE HABITA

a domino Raynaldo Ferrerio, eiusdem Regis  
oratore, & Concilii responfione.

IN CONGREGATIONE

generali die XI. Februarii:


M D LXII.




RIPAE Ad instantiam Ioannis Baptista  
Bozollæ. M D LXIII.



THE  
 OF THE  
 OF THE



IN THE



OF THE  
 OF THE

176

LITERÆ CHRISTIANISSIMI REGIS  
CAROLI EXHIBITÆ AB EIVS

Oratoribus in generali Congregatione

die XI: Februarii.

1563.



CAROLVS Dei gratia Fran-  
corum Rex sanctissimis, & in  
Deo Reuerendissimis Patribus  
apud Tridentum celebrandæ san-  
ctæ Synodi gratia congrega-  
tis salutem. Non dubitamus san-  
ctissimi Patres quin nobis charis-  
simus nostriq; amantissimus con-  
sobrinus noster Cardinalis a Lo-  
tharingia uos eius nunciis partici-  
pes fecerit, quem nos ad eum nuper scripsimus de felici & diu-  
nitus nobis oblata uictoria aduersus eos nostrorum hominum,  
qui falso religionis prætextu ex ipsa sacrarum rerum profana-  
tione, & alienissimis in sacros Ecclesiæ ministros crudelitate  
exemplis nihil se aliud conari, aut querere declararunt, quam  
ut catholicæ nostræ religionis, & Christianæ pietatis statum  
omnem euerterent, & armorum ui atque iniuria reliquos om-  
nes populos nostros in errorem suum inducerent. Quorum  
audaciæ (sicuti omnes norunt) tanto nos animi ardore ob-  
stitimus, ac obstamus quotidie, ut nulla nos aut rerum diffi-  
cultas, aut periculorum discrimen ab hoc instituto auertere,  
aut remorari potuerit, quin sceleratis eorum consiliis ac ince-

ptis uel ipsam uitam nostram opponeremus; cum non ignore-  
 mus in hoc toto negotio præcipue de omnipotentis Dei ho-  
 nore, quod nisi nobis potest in hac uita esse charius, & catho-  
 licæ eius Ecclesiæ statu, ac salute decertari, cuius ut primogeni-  
 tus, & maiorum meorum hæreditario titulo Christianissimus  
 filius censeor, ita equidem defensor, protectorq; præcipuus to-  
 to orbe Christiano agnosci haberiq; studiose percipio, & ex-  
 opto. Cum igitur certo nobis persuadeamus uos in hoc tam fe-  
 lici tamq; salutari instituti nostri successo Optimo Maximo  
 exercituum ac uictoriarum Deo gratias ex animo esse acturo,  
 fructumq; huius beneficii ad uos præ cæteris facile intelli-  
 gamus peruenturum, lubenter uobiscum commune hoc gau-  
 dium pariter gaudere constituimus, planeq; atque palam testi-  
 ficari hanc tam insignem, tamq; admirabilem uictoriam nos  
 uni CHRISTO summo Regum Regi, ac bonorum om-  
 nium auctori referre acceptam. Vnde cum nos toto studio to-  
 taq; mente laudamus, & immortalis gratiarum actione profes-  
 quimur, maiestatem eius obsecrantes, ut in perficiendo, quod  
 feliciter ipsius gratia inchoatum est negotium tanta uirtutis  
 suæ præsentia adesse atque adfistere dignetur, ut ad laudem  
 eius, & Ecclesiæ pacem pro nostro desiderio omnia passim se-  
 data ac tranquilla, & in antiquum statum splendoremq; resti-  
 tuta propediem possimus intueri. Cæterum cum probe nouerimus  
 sanctissimi Patres optima & saluberrima eorum malorum,  
 quæ & nos hodie hic affligunt, & pene omnibus Christianis  
 in nominis provinciis impendere uidentur, remedia a sanctis-  
 simis Christianæ Ecclesiæ Pastorum comitiis, publicisq; syno-  
 dis quondam petita esse, atque habita cum illi Beatissimi Pa-  
 tres pro iniuncti sibi muneris officio de uniuersalis Ecclesiæ sa-  
 lute solliciti tam mature tamq; accurate nascentibus errori-  
 bus obuiam irent, tantaq; uigilantiæ assiduitate eis resisteret  
 perseverarent, ut nunquam, nisi extinctis illis, & e medio sublatis  
 sibi quiescendum esse arbitrarentur. Oramus uos sanctissimi  
 Patres, & in Dei atque unici filii eius IESU CHRISTI  
 nomine obsecramus, ut pro ea expectatione, quam de pietate,  
 ac paterno in se animo uestro omnes conceperunt tam sa-  
 ctam,

Nam, tamq, seriam rerum, quæ tum bellorum iniuria, tum tempo-  
 rum iniquitatem in populo Dei uiciatæ corruptæq; sunt  
 emendationem, ac reformationem instituire, atque inire uel  
 letis, ut qui se ex animi leuitate temere ab Ecclesia separa-  
 runt, ex ea quam instauratam probe atque perfecte restitu-  
 tam ipsis expectandam exhibebitis catholicæ Ecclesiæ anti-  
 qua facie puritate atque integritate in salutis uiam facillimè  
 reducantur. Atque ut neque nos quicquid opum ac uirium no-  
 bis est diuinæ gratiæ munere concessum ad Christianæ reli-  
 gionis tuendam dignitatem cupide impendimus & nobiscum  
 non pauci præstantes uiri, & militiæ nostræ duces ac præfeti  
 nobis charissimi in eadem ista causa sibi ipsis non pepercerunt,  
 sed uitam & sanguinem suum in hoc recenti prælio domino  
 Deo consecrarunt: sic uos pro uestri muneris ratione eo ani-  
 mi candore, & conscientiæ sinceritate in hoc ipsum (cuius gra-  
 tia conuenistis) negotium incumbatis, ut ex sanctissimo labo-  
 re uestro uerum syncerumq; Dei cultum tanquam præcipuum  
 operæ uestræ fructum passim renasci, atque instaurari uidea-  
 mus, atque adeo eam in Ecclesia morum emendationem, ac  
 disciplinam uigere, quæ non modo placandis regni nostri pro-  
 cellis, sed etiam conciliandæ, & in eadem religione per om-  
 nes Christianæ Ecclesiæ populos constituendæ paci sufficere  
 possit. Dat. in ciuitate Carnuten. die xvii. Ianuarii. 1563.

CAROLVS

BAVRDIN.

ORATIO HABITA A D. RAYNALDO  
FERRERIO ORATORE CHRISTIA.

missimi Regis in generali congregatione

die XI. Februarii.

1563.



**Q**VONIAM ex literis Regis Christianissimi, quæ nunc recitatæ sunt, & orationibus non ita pridem habitis, tum ab eloquentissimo Principe Cardinali a Lotharingia, tum ab eruditissimo uiro Episcopo Metensi intellectis Galliarum uastitatem, & Regis Christianissimi aliquot ægregias uictorias, nolo esse uobis Patres sanctissimi in illis rursus recensendis uel eo maxime molestus: quod si uobis calamitates nostras quales sunt exponerem, nemo certe uestrum est, qui rem non potius fictam, quam factam existimaret: De postrema autem uictoria tametsi magna, & gloriosa, quâ Deus sua immensa providentia, ut eam nobis daret de manu uictoris hostis eripuit quid ego plura dicam? cum adhuc in medijs Gallæ uisceribus uiuat, & grassetur uictus inimicus? utar igitur eo argumento, quo soleo, & orationem meam totam conuertam ad uos sapientissimi Patres unicum miseriarum nostrarum perfugium: si enim per uos naufragij nostri tabulas (si modo ullæ supersunt) non conseruamus, omnino perimus. Moyses cum pugnaret aduersus Amalech habebat magnum delectorum militum numerum, illisq; præerat

erat fortissimus Imperator Iosue : uerum nisi montem conscendisset, nisi petra, cui insideret, supposita ei esset, nisi uirgam in manu interea dum pugnabatur habuisset ; nisi Moyse utranque manum Aaron, & Hur usque ad occasum solis sustinent assent, ut eas in sublime attoleret, uicturum fuisse Amalech uel eo solo cognoscimus, quod simul ac Moyse manum demitteret uincebatur Iosue . Non desunt Regi Christianissimo copiae & propriae & auxiliares, illarumq; Imperator prudens, & magnanimus princeps Guystae Dux, nihil non molitur Christianissima, & prudentissima Regina piissima Regis mater, quod uel ad reconciliandos, uel propulsandos hostes pertinet ; uerum Aaronem, & Hur, qui Regi Christianissimo petram subiiciat, qui illius manus in altum tollat ( si uos Patres sanctissimi si non estis) neminem praeterea habemus, Moyse omnium modestissimus quot quot in orbe unquam fuerunt Dei uir, cui dominus non in aenigmate, & simulacro, sed ore ad os loquebatur, per quem tot tantaq; miracula aedita sunt, & ut uno uerbo dicam Moyse typus Christi non poterat uincere, nisi manus sublimes haberet. Quid est quod de nostris uictoriis possit merito sperari, si Regis Christianissimi manus demissa sunt? Moyse per senectutem, & grandiores aetatem non poterat per se manus eleuare ; hoc idem non potest Rex noster pupillus per impuberes & teneram adhuc aetatem . Vestrum est Patres sanctissimi, qui ueri & legitimi estis Aaronis successores non solum Regis Christianissimi uestri primogeniti filii, sed etiam omnium Christianorum principum manus usque ad occasum solis sustinere : id autem fieri a uobis facile potest, si petra illa, cui Moyse insidens uicit Amalech sit uestrorum decretorum basis & fundamentum, ita enim ad solis occasum usque perdurabunt, neque sole meridiano dissoluentur, & nos tum reuera uicerimus : sin minus neque uictoria nostra erit uictoria, neque inimici nostri, iidemq; uestri reconciliabuntur, immo quasi remediis irritati magis ac magis uociferabuntur, uos in Samariae ab hominibus excogitato non Hierusalem Dei tabernaculo semper permanere, uosq; non Aoliba, sed Aola filiam appellabunt. Sed quid ego aduersarios us-

Hos moros? si eos contemnitis, habete saltem rationem ca-  
 tholicorum, & Christianorum hominum, qui hucusque in fide,  
 & religione sanctæ Romanæ Ecclesiæ permanferant. Non ea-  
 dem est hodie ætas, non mens omnibus Christianis homini-  
 bus, atque erat ante quinquaginta annos. Laboramus fere ca-  
 tholici omnes eodem morbo (si modo morbus recte appella-  
 ri potest) quo quidam olim Samaritani, qui mulieri a puteo re-  
 deunt, & dicenti Christum uenisse, uidisse, audisse, familiariter  
 allocutum esse, non prius crediderunt quam urbem existi-  
 sent, rem omnem diligenter inquisissent, cumq; CHRISTVM  
 agnouissent, crediderunt, non quidem ut dicebat amplius pro-  
 pter mulieris sermones, sed quod illi ipsi CHRISTVM  
 cognouissent. Scrutatur hodie scrutatu (mibi credite) Patres  
 sapientissimi bona pars Christianorum hominum sacras scri-  
 pturas reiectis aliarum disciplinarum libris. Hoc ipsum prospici-  
 ens Rex Christianissimus curauit diligenter, ne quid manda-  
 tis nostris contineretur, quod ad illam petram non proxime  
 accederet, quodq; a Catholicis omnibus uehementer non ex-  
 peteretur, & ab aduersariis nullo iure repelli, aut repudiari pos-  
 set. Ea autem Illustrissimis DD. Legatis dedimus, si propo-  
 diem (uti polliciti sunt) uobis Patres sanctissimi examinanda,  
 & iudicanda proponent, ad uos enim potissimum mittuntur,  
 uestrumq; de illis iudicium magno desiderio expectat Rex  
 Christianissimus, & tota Gallia, in illis (ut uidebitis) nihil præci-  
 puum a cæteris Christianis petimus, omnia sunt nobis cum Ec-  
 clesia catholica communia. Quod si uidemur plerisq; grauiora  
 & magis necessaria prætermisisse, illi si placet existiment  
 nos consulto a leuioribus cœpisse, quo facilius grauiora pos-  
 sent suo tempore proponi, utq; horum leuiorum facilius esset  
 executio, a qua Patres sapientissimi, nisi uos inceperitis prius  
 quam hinc abeat clamabunt Catholici, ridebunt aduersarii,  
 & dicent Patres quidem Tridentinos scire, sed facere nolle,  
 optimas quidem leges statuisse, eas tamen ne digito quidem  
 attigisse, posteris tantum & successoribus obseruandas reli-  
 quisse. Quæ in re etiam atque etiam considerandum uobis est:  
 suris consulti enim putant legem, cuius causa & ratio est ante  
 qua

qua non solum futuris, sed etiam presentibus negotiis fer-  
 mam dare. Qui autem impietatis nos insimulant, quique se  
 olfacere dicunt in postulatis nostris non nulla, quæ cum aduer-  
 sariorum libris faciunt, nos quidem illos responsione indignos  
 existimamus; uos si aliter iudicatis ipsi pro nobis respondete,  
 uim enim patimur. Qui uero in illis modum ac moderationem  
 quandam desiderant, & si aliquid uideantur dicere dum nos  
 prudentiæ, cuius in uita maximus usus est admoent, duorum  
 tamen meminerint oportet; primum quod Marcus Cicero  
 scribit aduersus Neoptolemum, aut potius aduersus Finium,  
 apud quem Neoptolemus ita loquebatur, philosophandum est  
 se, sed paucis. Errat inquit Tullius, qui temperantiam, medio-  
 critatem, modum denique desiderat in re optima, & eo melio-  
 re quo maior est: alterum quod de istis tepidis moderatori-  
 bus, & (ut ita dicam) lepidis & bellis mediatoribus scriptum  
 reliquit spiritus Sanctus, incipiam inquit ille, uos euomere; uti-  
 nam aut calidi, aut frigidi fuissetis. Valeat hoc genus homi-  
 num in prophanis, & ciuilibus rebus, nam in diuinis mediocri-  
 bus esse non Di non homines non concessere colomnæ: ne-  
 mo enim potest duobus dominis seruire. Proponite uobis Pa-  
 tres sapientissimi quid profuerit Ecclesiæ Catholicæ modera-  
 ta illa Ecclesiasticæ disciplinæ emendatio facta in Concilio  
 Constantiensi, aut paulo sæuere in sequenti Concilio, cuius  
 ego nomini parcam, ne quorundam delicatas ac teneras au-  
 res offendam: quid ea quæ in Concilio Ferrariensi, Florenti-  
 no, Lateranensi ultimo, Tridentino primo, aut qui unum tan-  
 tum fuisse Concilium putant quod profuerunt decreta Triden-  
 tina facta post duos de uiginti annos: quot interea omnium  
 hominum ordines, quot prouinciæ, quot regna, quot nationes  
 ab Ecclesia Romana defecerunt? Non est Patres sapientissi-  
 mi hæc Gallorum causa, tantum ualeant Galli cum suis tumulti-  
 bus, res suas sibi habeant; uos Itali, uos Hispani Patres appello,  
 & periculum ex aliis facite uobis quod ex usu fiet, cuius ma-  
 gis interfit hanc ueram & seriam disciplinæ Ecclesiasticæ  
 emendationem fieri, quam Romani Episcopi Pontificis Maxi-  
 mi summi Christi uicarij Petri successoris in Ecclesia Dei su-

premam potestatem habentis. Nunc hic agitur de capite  
te, de fortunis uestris. Hoc ego plaribus dicerem, nisi uos ue-  
stra sponte ad eam rem satis incitatos cognoscerem. Inter  
uero de uestra in Regem Christianissimum pia uoluntate &  
grato officio gratias agimus, & oramus Deum Opt: Max: pa-  
trem domini nostri IESV CHRISTI, ut uos Ecclesie  
sostre diutius saluos, & incolumes conferuet. Dixi:



ILLVSTRISSIMI ORATORES:



**Q**VANTA M lætitiã sacrosancta  
 Synodus coeperit ex ea uictoria,  
 quã proxime Christianissimus Rex  
 uester Dei præsidio munitus ab hosti-  
 bus reportauit, singulari pietatis si-  
 gnificatione ab ea declaratum est,  
 tanquam enim commũne Catholicæ  
 religionis periculum propulsatum ef-  
 fer, ita cõmunibus omnium uotis gra-  
 tulationes habendas, & gratias Deo immortali agendas esse  
 iudicauit. At uero optima & egregia Christianissime eius Ma-  
 iestatis uoluntas, quæ ex omnibus partibus in his literis, quæ mo-  
 do lectæ sunt, & in uestra oratione se ostendit, a deo sanctæ Sy-  
 nodi lætitiã & uoluptatem auxit, ut nihil illi iucundius, nihil  
 gratius accidere potuerit. Nam cum innumere calamitates  
 Catholicam Ecclesiam pene oppresserunt, quis non mirabili-  
 ter lætetur: cum diuino consilio factum esse consideret, ut po-  
 tentissimi Regis puerilis ætas ita ad ueram pietatem informa-  
 retur, ut in eo laudis genere nihil se unquam maioribus suis  
 Clarissimis Regibus concessurum esse preferat. Atque hoc  
 quidem Dei Opt. Max. beneficium quo amplius existimanda-  
 dum est eo ardentiori studio præcati, atque optare sancta  
 Synodus cogitur, ut afflictæ Christianæ Reip. tanto & tam  
 præclaro bono frui nunquam non liceat. Deinde uero summe  
 spei Regem hortatur, & per Dei misericordiam obsecrat, ut  
 (quod hæcenus fecit) eius nostris memor, quod maiorum suo-  
 rum fide & religione partum ipse hereditarium accepit, om-  
 nia sua studia, & cogitationes ad Dei gloriam amplificandam  
 conuertat, sanctam sedem Apostolicam defensam atque om-  
 nibus ornamentis auctam uel: m. ueterem fidem conseruet, illo-  
 rum consiliis benignas aures prebeat, qui Regni firmitatem  
 & robur non infortitudine equi aut uiri, sed in Deo potentia  
 & uirtute collocatam esse existiment, Contra uero cum for-  
 tasse defuturi non sint, qui omnia utilitate metienda esse con-

125

pendant, tranquillitatem, et pacem quæ non erit pax suadeant,  
ne patiatur optimam illam mentem, & Christianissimo Rege  
dignam quam sibi dominus dedit pestilentissimis ueluti incan-  
tantium & ueneficorum uocibus infici ac deprauari. Sed hæc  
quidem optimus Rex tum Dei ope adiutus, tum propter ex-  
cellentis cuiusdam naturæ bonitatem sponte sua impulsus, tum  
Reginæ Matris, & nobilissimum procerum Sanctissimis  
monitis incitatus cumulate proficiet. Interim uero, cum ille  
omnia pietatis officia Catholicæ Ecclesiæ benigne pólliceat-  
ur & fortiter prester sacrosancta Synodus in eam curam to-  
to animo incumbet, ut cum ea, quæ ad uniuersæ Ecclesiæ emen-  
dationem pertinent desinantur, tum uero de his agatur, quæ  
priuatim gallicarum Ecclesiarum commodis & rationi maxi-  
me conuenire arbitrabitur: neque unquam comitter, ut ipsius  
diligentia & industria iure in eo requiri posse uideatur quod  
sui muneris esse, cuiusque rei, causa Sanctissimi D. N. Pæ IIII:  
auctoritate se in hunc sanctum & legitimum cætum conuocare  
non esse obliuisci non potest.

FINIS.



P 12795

h  
e  
s  
c  
n  
ie  
le  
t-  
o  
e  
s  
k  
uo  
od  
ll:  
e

BIBLIOTECA  
COMUNALE  
TRENTO

T  
O  
op. f  
111

Misc. I. C. c. 125

1A

L I T E R A E  
CAROLI CHRISTIANISSIMI

MACRO-

BITA

Legis

NE

xrite

colorchecker



MSCPPCC0613

mm



L I T E R A E Admittantiam Ioannis Baptistae  
Bozollæ. M D LXIII.